Z f
4402

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-94347-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-94347-p0002-6

(5) Zf 4410 5

Σὺν Θεῷ!

REDITUS

Poſt Electionem & Coronationem novi IMPERATORIS ROMANI Mœno-Francofurti inſtitutam & peractam,

VIRI

Maximè Reverendi, Magnifici, Nobiliſſimi, Ampliſſimi atqve Excellentiſſimi

DOMINI

JACOBI WELLERI,

à Wolßdorff/ Hæreditarii in Karßdorff/ SS. Theol. Doctoris in toto Orbe Chriſtiano famigeratiſſimi, SERENISSIMO ELECTORI SAXONIÆ à Concionibus Aulicis Primariis, Confeſſionibus ſacris & Conſiliis Eccleſiaſticis,

DOMINI, PATRONI, EVERGETÆ & PROMOTORIS ſui ut benevolentiſſimi, ſic jugi obſervantiâ ac filiali reverentiâ colendiſſimi,

Qvem,

Ut benè apud memorem eximii ſtent ſigna Favoris,
ὁλοψύχως aggratulabatur, nec non optima qvæq; apprecabatur hoc Schediaſmate

M. THEODORUS CRAMERUS, TZSCHOPENSIS, PASTOR in Langenheſſen & Königswalda/ Ephoriam Cycneam agnoſcens.

ANNO M. DC. LVIII.

CYCNEÆ, Prelo Göpneriano.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-94347-p0003-1

Auſpice CHRISTO!

VELLERE ſalve, *Gloria* Teutonum,
Lampas Sionis fulgida, SAXONIS
Ardor *Potentis*, PATRIÆq;
Delicium merum & una *Cura*.
VVELLERE ſalve, Nobilium vigens
Sangvis Parentum, ô *grande Decus meum*,
Qvò blandiùs Soles niteſcunt,
Gratior itqve dies reverſo.
Ecqvas ſupremi NUMINIS entheæ
Benignitati ſolvere gratias
Sumemus, illæſo penates
Qvod proprios pede, *Magne*, tangis?
TE *Mœni* amœni cœruleus ſinus,
Qvà *Franca* qvondam *Gens* reperit vadum,
Cùm SAXONEM ingentem, IMPERIqve
Exciperet PROCERES, MONARCHÆ

)(2 *Orbis*

Orbis creando, viderat Hoſpitem,
Tuasq; dotes Ingenii, Oris &
Nectar ſtupeſcens mellilingvis,
Perpetuo memorabilem ævo,
Famæ remotos per populos vehi
Curru volucri juſſerat. Id *Pater*
Ut *Albis* audivit, ſonoros
Ter manibus dedit ipſe plauſus,
Precesqve caſtas addidit: ô *Caput*
Dignare nobis *hoc* DEUS OPTIME
Servare, qvi Terram ac Olympum
Imperio regis usqve juſto.
Nunc feſtiores cinctus arundine
Crines, ovatus excitat, ad ſuas
Dum TE ſalutat voce ripas
Lætiſonante redambulantem.
Exſultat omnis *Miſnia*, *Dresdaq;*
Accendit Aras thure, ſimul lares
Sertis fragraſcunt dulcè: Cantus
Templa per atqve domos reſultant.

Ergô

Ergò *Tuorum certa Clientium,*
VVELLERE Præſul, *pars* ſileamne ego?
Non inter iſthæc gaudiorum
Jubila plectro adero crepante?
Priùs volucrum Vere novo cohors
Sileſcat omnis, ſqvamigeri canant;
Polusqve Stellis, luce Stellæ
Sidereâ careant deinceps:
Qvàm non & ipſus de penito ſinu
Grater fibrarum nunc REDITUM Tibi,
Et læter imis in medullis,
Votaqve concipiam perampla.
O vive porrò, vive Alemannidos
Smaragde Terræ, *Præſidium* meum,
Facundiâqve luculentâ
Mirificæqve Scientiæ arte,
Divina Verbi ſemina latiùs
Diſperge, virus peſtilis hæreſis
Premens nocivum, ſubdoliqve
Damna doli retegens refelle.

)(3 TE

TE fante, mentes ſalvificum imbibunt
Dogma obſeqventer, facta nefaria
Maloſqve deſueviſſe mores
Flexibili properant reverſu.
VVELLERE vive, & molliculam virens
Senti ſenectam, Neſtoreoſqve age
Qvietus Annos, qvos benigno
Copia divitet ampla Cornu.
Clemens DEUS TE, CONJUGEM *& inclytam*
Cum *ſuavibus* NATIS beet, arceat
Cunctis periclis atqve damnis,
Lætificetqve per omne tempus.
Majus precari vix ego qvivero
Pollentiùsve. Id qvod deerit, favor
Suppleto CHRISTI, noſtra Cujus
In manibus rata fata perſtant.
PROMOTOR aſt TU, FAUTOR *& Optime,*
Exile Muſæ murmur & aridum,
Volente vultu, qvæſo, ſumas,
Juge *Patrocinium* haud renutans!

F I N I S.

Zf 4402 OK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-94347-p0010-0

Pon Zf 4402, QK
f
ULB Halle 3
004 547 25X
Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-94347-p0011-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-94347-p0012-1

(5)

5

Σὺν Θεῷ!

REDIT

Poſt Electionem & Coronation

TORIS ROMANI Mœno-Fr

tam & peractam

VIRI

Maximè Reverendi, Magnific

pliſſimi atque Excellen

DOMINI

JACOBI WE

à Molßdorff/ Hæreditarii in K

Doctoris in toto Orbe Chriſtiano fam

SIMO ELECTORI SAXONIÆ à

Primariis, Confeſſionibus

ſiliis Eccleſiaſti

DOMINI, PATRONI, EVERGET

ſui ut benevolentiſſimi, ſic jugi o

reverentiâ colendiſ

Quem,

Ut benè apud memorem eximii

ὁλοψύχως aggratulabatur, nec n

apprecabatur hoc Sche

M. THEODORUS CRAMP

PENSIS, PASTOR in Langen

walda/ Ephoriam Cycneam

ANNO M. DC. L.

CYCNEÆ, Prelo G

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-94347-p0013-7